



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

Seine Mitbrüder/ gegen vns vnnnd vnsern Pfleg Sohn bissher gestiffen / vnnnd für ihn zu thun erbitlich seynd/ haben wir angesehen/ vnd darauß vorgebant vnsern lieben Herrn vnd Vatter Freyheit vnd Bestättung für augen genommen/ die dann von wort zu wort lautt/ wie hernach geschriben siehet.

**I**n Gottes Genaden Wir Albrecht/ Pfalzgrau bey Rhein/ Herzog in Bayern/ vnd Graue zu Vohburg/ &c. vt supra. Hierauß confirmiren/ erneuere/ vnd bestätten Wir vnd vnserer Mitvormunder ihme/ seinen Brüdern vnd Gottes haus/ sollich hievor geschribne Ihre Freyheit/ wissenlich/ vnnnd in craffe diß Brieffs / in aller form vnd maß/ wie ihnen die vordenanter vnser lieber Herr vnd Vatter seeliger gedächtnuß/ nach laut des hie einuerleibten Brieffs/ alles seines Inhaltes/ in allen Artickeln vnd Punkten confirmirt vnd bestätet hat/ Gebieten darauß allen vnd jeden vnserer vorgebanten Pflegsohns Viskonten/ Hauptleuten/ Pflegern/ Rentmeistern/ Landtschreibern vnd Landtrichtern/ vnd allen vnsern Amptleuten vnd Vnderthanen/ gegenwertigen vnd künfftigen/ ernstlich vnnnd vesüßlich mit dem Brieff/ daß jr dem gedachten Comenthur/ seine Mitbrüder vnd Gotteshaus/ bey solcher Confirmation, erneuerung/ bestättung vnd Gnad/ auch ihren Freyheiten/ wie sie die herbracht haben / vnberrenckt vnd vnuerlest bleiben lassen/ handthabet/ schützet vnd schirmet vnd ihnen darint kein vnbillich irung/ eintrag noch ver hinderung zufüget / noch des jemand andern gestattet/ bey vermeydung vnser/ vnd vnserer Pfleg Sohns vnd straff/ Daran thuet ihr vnser ernstlich haissen/ vnnnd mainung/ Alles ohn geuerde/ des zu vrlunde haben wir vnser Vormundtschafft In sigl an disen Brieff gehangen/ der geben ist zu Ingolstatt/ am heiligen Palmtag/ als man zalt von Christi vnsern lieben Herrn Geburt/ fünffzehenhundert vnd im neunten Jahr.

## ANDECHS.

**M**ONASTERIUM ordinis S. Benedicti, vulgò Auff dem heiligen Berg Andechs. Ludouicus, Boiariæ Princeps, Pater Ludouici Imperatoris, Andechs ædem, quæ cum arce ante 30. annos diruta erat, refecit, Auentinus fol. 725. Vide Comites Andecenses, & tractatum singularem, de fundatione & sacris reliquiis Andecensibus impressum. Item Vitum Arnpeck in Chronica Bauariæ, folio 183. cum sequentibus. Anno 1388. sacra, quæ ibi diutius sub terra latuere, hinc mons Andechs sacer appellatus, à Iacobo Dachauer Franciscano reperta, iussu Principum Monachium translata sunt, Ibidem ostensa populo, postea ad montem sanctum Andechs relata sunt per Ernestum Ducem, qui ibi Collegium pro septem mystis instituit. Albertus Dux Bauariæ, Comes Vochburgensis, filius Ernesti, auctoritate S. P. amotis, Præposito & Canonicis secularibus, ibi substituit Monachos Benedictinos. Item Vitus Areopeck, fol. 184. Auent, fol. 834.

## ADDITIONES.

**P**etrus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Augustanus, ad perpetuam rei memoriam. Summi magistri dignatio nos quamquam immeritos in sollicitudinis partē deputauit & miseranter in Põrificialis dignitatis Cathedrâ collocauit: cui ad instar vigilantis in specula præsidetes, leuamus vigilis more pastoris tam corporeos quàm mētales oculos nostros in circuitu, visari quid gregi nobis comisso expediat, & quid operis circa iniunctū nobis ministeriū debeat impedi: vt illius fulci præsidio, cuius sunt terræ cardines, cui cogitationes hominū præparantur, quiq; actus mortalium superat, & infirmos robore potenter attingit,

partes

suspendimus.  
gloriam partes officij salubriter & vtiliter exponamus ad ea, quæ diuini cultus efficiunt incrementum: vt aliquid penitus ibi non desit, quod ad ipsius propagationem per nos valeat procurari. Sanè nuper pro parte Illustrissimi Principis & Domini, Dñi *Alberti* Comitis Palatini Rheni & Bauariæ Ducis nobis exposito, quod felicitis recordationis quondam Dñs *Ernestus* pater & pater suus zelo deuotionis accensus, ac cupiens terrena in cælestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare, Capellam S. *Nicolai* in monte *Andechs*, nostræ Diocesis, in suis ædificiis & structuris penitus quasi collapsam, pro suæ, ac quoddam Dñi *Wilhelmi* etiam Comitis Palatini Rheni & Ducis Bauariæ germani sui aliorumque progenitorum & successorum suorum animarum remedio & salute, de bonis sibi à Deo collatis de nouo restaurauit, & construxit sumptuosè, in eaque ad omnipotentis Dei, ac eius gloriosæ genitricis virginis Mariæ, totiusq; cælestis curiæ laudem & honorem Præposituram ac sex Canonicatus & totidem præbendas pro sex Canonicis, & vno qui præsit eisdem Præposito, inibi missas, horas Canonicas, & alia diuina officia celebraturis instituit, & pro illorum sustentatione sufficientes ad Præposituram ac Canonicatus & præbendas huiusmodi, pro ipsorum dote redditus assignauit, ipsamq; Capellam libris, calicibus & aliis ad diuinum cultum necessariis decenter adornauit, fuit nobis humiliter supplicatum, vt restorationi, constructioni, institutioni & assignationi prædictis, ac etiam, Indulgentiis, libertatibus & immunitatibus dictæ Capellæ concessis, pro illorum subsistentia firmiori, robur nostræ confirmationis adicere dignemur. Nos igitur qui cultum diuinum vigere, & augeri intensis desiderijs affectamus, super præmissis sufficienter edocti, supplicationibus huiusmodi fauorabiliter inclinati, restorationem, constructionem, institutionem & assignationem supradictas, ratas & gratas habemus, & auctoritate nostra ordinaria in Dei nomine confirmamus & approbamus, robur firmum & firmitatem Canonicam perpetuis temporibus decernentes habituras: nec non possessiones & bona dictæ Capellæ assignata, & quæcunq; in futurum donanda & eroganda, eidem Capellæ annectimus, vnimus & incorporamus, præsentium per tenorem, suppletentes auctoritate eadem omnem defectum, si quis in præmissis interuenerit quoquomodo. Ius patronatus seu præsentandi ad Præposituram ac Canonicatus ac præbendas prædictas pro hac vice, & quotiens illam & illos deinceps vacare contigerit, personas idoneas nobis & successorib; nostris, per nos & eosdem nostros successores in illis instituendas, prædicto Domino *Alberto*, hæredibus, & successoribus suis auctoritate prædicta reseruando. In cuius rei testimonium præsentem literas exinde fieri, nostroq; sigillo maiori fecimus communiri. Datum, & actum *Augustæ*, anno à Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono, X. VI. Kal. Ianuarij.

Nicolaus Bernyr, Notarius.

intendimus  
maclamus **P**etrus miseratione diuina tituli S. *Vitalis*, Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, & Apostolicæ sedis permissione Episcopus *August.* ad perpetuam rei memoriam, Pastoralis, nobis iniuncti ministerij sollicitudo assidue nos compellit, vt circa Ecclesiarum statum salubriter dirigendum, ac vtiliter & feliciter adaugendum, paternis affectibus maneamus, consulendo ipsorum necessitatibus, & oportunitatibus prouidendo. Volentes igitur dilectis nobis in Christo Præposito, Decano & Canonicis Ecclesiæ Sancti *Nicolai* in monte *Andechs* nostræ Diocesis consideratione Illustris. Principis Domini *Alberti* Duci

Ducis Bauariæ & Comitum Palatini Rheni, cuius progenitores dictam Ecclesiam in suis ædificijs & structuris penitus quasi collapsam instaurarunt, de alicuius subventionis auxilio, quæ quod congruentius sustentari, & onera ipsis incumbencia supportare valeant, salubriter providere, parochialem Ecclesiam *S. Martini in Perckingen*, dictæ nostræ Diocesis, quam venerabiles nobis in Christo sincere dilecti Henricus Truchses Præpositus, Gotfridus Harscher Decanus, & totum Capitulum Ecclesiæ nostræ Augusten, ad quos eiusdem Ecclesiæ collatio pertinuit donatione perpetua & irrevocabili eis donauerunt, de & cum cōsensu & voluntate expressis eorundem Præpositi, Decani & Capituli, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, Decimis, pertinentijs, juribus & obventionibus suis vniuersis, supra dictis Præposito Decano & Canonicis auctoritate nostra ordinaria duximus incorporanda, annectenda & vnienda, ac tenore præsentium perpetuo incorporamus, annectimus & vniimus, ita quod cedente vel decedente rectore dictæ Ecclesiæ in *Perckingen* qui nunc est, aut ipsa Ecclesia alias quomodolibet vacante, liceat dictis Præposito, Decano & Canonicis pro tempore existentibus possessionem dictæ Ecclesiæ parochialis, fructuum, reddituum, proventuum, decimarum, pertinentiarum, jurium & obventionum prædictorum propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, fructusque redditus, proventus, decimas, pertinentias, jura & obventiones eiusdem Ecclesiæ in vsus proprios & onerum suorum supportationem conuertere, nostra aut successorum nostrorum seu alterius cuiuscunq; licentia super hoc minimè requisita: reseruata tamen de fructibus, redditibus, proventibus, decimis, pertinentijs, juribus & obventionibus huiusmodi cōgrua portione, pro perpetuo Vicario inibi in diuinis Domino perpetuo seruituro, de qua idem Vicarius cōgruè sustentari, Episcopalia & archidiaconalia jura persoluere ac alia sibi incumbencia onera valeat cōmode supportare. Volumus etiam vt vacationum temporibus supradictis Præpositus, Decanus & Canonici primarios fructus de dicta Ecclesia etiam de parte eos contingente nobis & successoribus nostris integrè persoluant, quibus & alijs juribus nostris Episcopalibus & archidiaconalibus, nobis & successoribus nostris ac ipsi archidiacono in dicta Ecclesia quomodolibet debitis nolumus per præmissa aliquatenus derogari. Et vt præmissa omnia & singula perpetuò in suo robore inconuulsè subsistant, & permancant duratura, præsentem nostras literas exinde fieri, nostrique sigilli vnà cum præfatorum Præpositi Decani & Capituli sigilli appensione iussimus & fecimus communiri. Et nos Henricus Truchses Præpositus, Gotfridus Harscher Decanus, totumque Capitulum Ecclesiæ Augusten, fatemur, notum facimus, & testamur præfatam incorporationem & vniōnem ac alia præmissa, de nostris voluntate, beneplacito & consensu processisse, & propterea sigillum nostrum quo ad negotia huiusmodi communiter vtimur vnà cum supradicti Domini nostri Cardinalis & Episcopi sigillo in testimonium præmissorum præsentibus appendisse. Datum & actum *Augusta*, Anno à natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. V. Kal. Nou. 1495.

## Bulla Papæ Adriani.

**A**DRIANVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs & fratribus Capellanis in *Andezz*, & *Ottoni* Comiti de *Wolfertshausen*, & vxori suæ *Iustitia*, & *Pertholdo* Comiti de *Andezz*, & vxori eius *Sophiæ* filijs nostris, apostolicæ gratiæ protectionem. Prædictis fratribus & Capellanis de *Andezz* tam præsentibus quam futuris ibi regulariter subintrantibus. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisorio omnium honorum Deo commissa est, vt religiosas personas, & earum diligamus Ecclesias, mansiones & loca Sanctorum, & ne à prauorum hominum

infecta-

infestationibus rerum suarum detrimenta sustineant, apostolica defensionis nos munere his conuenit prouidere. Quapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus indita benignitate audiuius, & locum montem *Andezz*, qui quondam fuit castrum, quod Deo resignatum est, primo ab *Hainrico* Imperatore, qui fuit filius *Leopoldi* Comitis de *Andezz*, secundo à filio nostro *Pertoldo* Comite de *Andezz* & religioso viro, & facto monacho in monasterio *S. Lamperti* in *Sevvn* diocœsis *Salzburgensis*, qui in propria persona coram nobis Deo hæc omnia resignauit, & sanctis eius, & principaliter pretioso thesauro, videlicet *Sacramento* Sancti *Gregorij* Papæ, & præcipuè Sanctis quorum vel quarum reliquiæ ibi latent & absconæ sunt, & ad locum prædictum translatae sunt à monasterio *Saluatoris*, & fundatione *Beati Razzonis* Comitis de *Razzenberg* piæ memoriæ, quem locum destraxit *Arnolffus* impius Comes Palatinus de *Scheyrn*, ac locum Monialium de *Weissenzell*. Hæ reliquiæ magnæ & multæ omnes latent in monte *Andezz*, quæ reliquiæ per manus fratrum de loco prædicto ad Castrum *Andezz* portatae sunt. Quas Deus reliquias in eodem loco perpetuo voluit habere, quod nobis certissimum est per filium nostrum *Perchtoldum* Comitem de *Andezz*, cum voluit intrare monasterium *Sevvn*, & religionem, tunc recepit secum Sacrosanctum *Sacramentum* Sancti *Gregorij* Papæ, & alias reliquias, & voluit eas portare secum in *Sevvn* propter diuinum cultum. Ast cum ascenderunt equos, omnes incuruati facti fuerunt, & se à loco non potuerunt commouere. Tunc descendit de equo Comes *Perchtoldus* prædictus, & intrauit Capellam & prosternebat se genuflectendo coram altari, vt demonstraretur sibi, quid sibi esset faciendum, & quod Deus reuelaret sibi hoc facere esset paratus. Indicatumque fuit sibi, quod Deus vellet habere hoc *Sacramentum* perpetue in eodem loco. Et sic prædictus Comes prædictum *Sacramentum* dimissum & Deo & sanctis eius liberè ad eandem Capellam resignauit & perpetuè contribuit *sacramentum* & reliquias *Sanctorum*. *Pertoldus* prædictus & Comes de *Andezz* omnia sua Deo resignauit, & religionem intrauit, & principaliter montem & omnia circumiacentia montem & hæreditaria bona, agros, ligna, pascua, prata, piscariam de lacu decimam eius, quia lacum liberum dimisit circa præfatum montem *Andezz* iacentia, gratias, priuilegia, libertates Papales & Imperiales ad Capellam prædictam, & ad perpetuam laudem, gloriam, & honorè Dei ac *Sanctorum*, quorum reliquiæ ibidem sunt, & ad perpetuam memoriam nominis sui, & successorum suorum, ne memoria eorum vadat à memoria hominum. Et *Pertoldus* Comes prædictus ad Capellam prædictam perpetuè ordinauit religiosas personas ad reliquias prædictas, vt perficiant ibi diuinum cultum cotidie sine mora. Nos igitur locum *Andezz* & fratres prædictos in prædicto loco, in quo diuino mancipati estis obsequio sub *Beati Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus, statuentes vt ordo monasticus, qui secundum *Beati Benedicti* regulam in eodem loco ad petitionem filij nostri & *Dni Pertholdi* Comitis de *Andezz*, & religiosi viri ordinis sancti *Benedicti* instituius esse perenniter, & perpetuis temporibus statutis ibidem inuolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, quascunq; bona eodem loco ad Capellam in præsentiarum iustè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, sicut *Illustris Imperator Hainricus* filius *Leopoldi* Comitis de *Andezz* inceptor huius boni, & sicut prædictus Comes *Perchtoldus* filius noster post illum ordinauit, & fratrum etiam vestrorum nulli fas sit, post factam in eodem loco *Andezz* professionem, absq; *Abbatis* vel fratrum licentia

gentia inde recedere, vel à loco transire, discedentem vero nullus Episcoporum vel Abbatum suscipere audeat, vel retinere permanfurum. Nos ergò præfenti Decreto sancimus, concedimus & confirmamus omnes reliquias & indulgentias, quæ in eodem loco transpositæ absconsæ sunt, vel translatae ab alijs Ecclesijs ad Capellam illam *Andezz*, & præcipuè pretiosum thesaurum & *Sacramentum* Sancti *Gregorij* Papæ, & indulgentias suas ad hoc largitas tempore & diebus ab ipso Sancto institutis & à successoribus eorum XXX. Pontificibus perpetuè duraturas in eodem loco & Capella *Andezz*, & à nobis similiter ad petitionem deuoti filij nostri *Otonis* Comitis de *Wolfartzhausen*, & vxoris suæ deuotæ *Iustitie* filix humillimæ nostræ largimur, & indulgentias damus ad Capellam *Andezz* perpetuè duraturas ibidem, propter memoriam inuentionis reliquiarum, quæ inuentæ fuerunt circa horam, quando pulsantur *Nonæ* in die *Ascensionis*, ab illa hora *nona*, vsq; ad horam *nonam* ferix *Sexta* sequētis post diem *Ascensionis*, omnes Indulgentiæ Sancti *Gregorij* integræ simul & semel, quæ per totum annum habentur in Capella prædicta à *Sacramento* Sancti *Gregorij* à meridie vsq; ad *meridiem* <sup>duntaxat</sup> durant, & inuenitur ab omnibus quærentibus illas, confessis & cõtritis, à nobis specialiter quarta pars à pæna & culpa, & à nobis illa gratia largitur omnibus fidelibus à feria sexta post diem *Ascensionis* ab illo festo per tres septimanas duraturas omnibus quærentibus illas. *Quatuor* temporum post festum *exaltationis* Sanctæ *Crucis* feria *sexta*, sedecim diebus post illam gratiam & \* quia Capella \* fabricata est in honore Beatæ Virginis *annunciationis* eius. Et in die *Cena*, in die *Parasceues*, in die *Resurrectionis*, *Pentecostes*, *Natiuitatis* Christi, quarta pars remissio omnium peccatorum à pæna & culpa. Et in die *Resurrectionis* ante ortum Solis, hora resurrectionis Christi celebratur vna missa coràm *Sacramento*, sicut Sanctus *Gregorius* fecit: illi qui interfunt, nunquam descendunt ad aliquod purgatorium. Vel Sacerdotes celebrantes ea hora resurrectionis ex deuotione, illis omnibus largiuntur à Sancto *Gregorio* septima pars peccatorum, & à nobis *quarta* pars peccatorum, à sola illa missa: & ad huc possunt eo die in alijs Ecclesijs suis celebrare per concessum Beati *Gregorij* Papæ, sicut habetur in libro rationali super hoc indulgentia antè præmissa, quam largiti sumus in *tribus* festis Ecclesiæ, & in *Septimo* Domini, hoc est, feria *sexta* post diem *Paschæ*, omnibus Sacerdotibus concedimus præfente *Sacramento* ob memoriam passionis Domini, & apparitionis Sancti *Gregorij* Papæ, deuotè recolentibus & venerantibus hoc *Sacramentum* ipso die feria *sexta* post diem *Paschæ*, & alius alium potest absoluerè ab omni irregularitate, & hoc præfente *Sacramento* omni anno, hoc facit ille in fine <sup>qui</sup> vitæ suæ potest sibi eligere confessorem, & habet eum absoluerè ab omni pæna & culpa. Concedimus etiam omnem indulgentiam & gratiam Sancti Patris *Gregorij* Papæ primi, & confirmamus eam, quam ipse largitus est ad hoc *Sacramentum*, quod illa permaneant & durent circa *Sacramentum* prædictum & Capellam *Andess*. Et in hibemus omnibus, ne aliquis *Sacramentum* prædictum, & reliquias deportet de loco & Capella *Andess*. Et ille qui deportaret, sit maledictus, & excommunicatus, persona & locus terra contacta, vbi morâ contraxerit cum reliquijs prædictis. Concedimus etiam ob memoriam inuentionis reliquiarum in die *Ascensionis* circa horam quando pulsantur *Nonæ* ab illa *meridie*, vsque ad *meridiem* ferix *sexta* post diem *Ascensionis* quartam partem à pæna & culpa per *tres septimanas* sequentes duraturas, & à meridie vsque ad meridiem, sicut prænotauimus. Concedimus etiam à die *Ascensionis* simul & semel omnes Indulgentias quas largitus est Sanctus *Gregorius* & nos, ad *Sacramentum* prædictum, & ad reliquias prædictas, omnibus quærentibus illas, & deuotè suscipientibus eas, ad petitionem Comitis de *Wolfartzhausen* & *Iustitie* Comitissæ deuotæ filix

nostræ, & ad memoriam inuentionis reliquiarum sanctarum. Concedimus omnibus Ecclesijs in vicinio eiusdem Capellæ, qui intrante Indulgentia veniunt cum vexillis eorum feria sexta post diem *Ascensionis*, isti omnes participent de Indulgentijs prædictis, si omni anno hoc faciunt. Præcipimus omnibus Ecclesijs, Patrochijs, seu Capellis, presbiteris ibi residentibus, quorum collatura Ecclesiarum est in manibus Comitis *Pertholdi de Andess*, vel super quibus est Aduocatus, & mandamus sub pœna maioris excommunicationis, & omnibus personis quæ spectant ad Castrum prædictum, quod cum vexillis & reliquijs eorum Sanctorum, & cura Censu eorum, sicut *Pertholdus Comes* filius noster ordinauit & constituit, ad memoriam suæ Capellæ in *Andess*, & ibi offerant super altare censum eorum omni anno feria tertia post *Pentecostes*. Concedimus & indulgemus quartam partem remissionis peccatorum quatuor temporum post diem *exaltationis* Sanctæ *Crucis* feria quarta per *sedecim* dies, & hoc ad petitionem *Imperatricis Græcorum*, filiæ *Othonis de Wolfartshausen*. Ad hoc præsentem Decreto sancimus vt nulli Episcoporum licentia pateat angarias, vel alias exactiones Monasticæ quieti & vtilitati contrarias vobis vel Capellæ vestræ imponere. Porro sepulturam ipsius loci omnimodo liberam esse decernimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni & extremæ voluntati nisi excommunicati sint nullus obsistat. Nulli ergo Regum, Ducum, Marchionum, vel aliorum hominum fas sit præfatum locum, Capellam & montem super hac nostra cõstitutione temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus infestare, sed omnia integrè conferuentur, vestris vsibus omnimodis profutura. Si quis autem huius nostri Decreti paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioque commonitus nisi reatum suum congruè emendauerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius incurrat, excommunicationi subiaceat, potestatis honorisque sit priuatus dignitate, reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sacratissimo corpore & sanguine Domini Dei redemptoris nostri *Iesv Christi* alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri *Iesv Christi* quatenus & hic & in futuro fructum bonæ actionis percipiat, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniat. Amen. Datum *Lateranij*, per manum *Eusebij S. R. E. presbiteri Cardinalis & Cancellarij* XV. Kal. Octobr. Indictione quinta, Incarnationis Dominicæ anno M. XIII. Pontificatus verò Dñi *Adriani* Papæ anno XX. Et hanc bullam procurauit Imperatrix Romanorum *Ritzzuina & Maria Græcorum Imperatrix* ambæ filiæ Comitis *Othonis de Wolfartshausen* ad petitionem patris eorum. *Maria Imperatrix Græcorum*, transmissit ad hunc locum cingulum B. Virginis Mariæ, superior pars cinguli hic est in *Andess*, inferior in *Dieszen* & tunica eius; lac eius est in manibus Comitis *Othonis de Wolfartshausen*.

O To Dei gratia, Episcopus *Babenbergenfis*, vniuersis præsentium inspectoribus, quibus præsentem exhibita fuerint, salutem in Christo *Iesv*. Sicut veri solis radius ortus temporalis nostræ reconciliationis est initium, ita etiam nostræ narrationis exordiū debet in sequenti litera respeldere. Nulli omnino nisi

nō nisi virginis filio complacere cupimus, quia ipse est alpha & Ω, finis utique & initium omnis boni. Rogo propterea eos qui literam hanc legent, ut fidem narrationis adhibeant. Anno gratiæ Dominicæ cum instaret annus Millesimus centesimus secundus regnante *Chunrado* rege tunc temporis, quod nos deuotis & pijs precibus patris nostri carnalis *Pertholdi* Comitis de *Andess*, & iustis postulationibus fratris nostri *Pertholdi* Marchionis *Istriae* inclinati, propter quod plaga & ira Dei regnaret in tota terra eorum, & manus Dei vehementer tangebatur eos per seditiones & bella, pestilentia ultra modum pecora moriebantur, grando tempestatis & læsio frumenti, ita quod absuit eis totum salus humanum. Volumus hoc malum, præuenire, & iram Dei placare nostris precibus, & eam mitigare nostris deuotionibus, humilitatibus & penitentiis. Quia Sanctissimus fundator noster nostræ Ecclesiæ *Babenbergensis* *Heinricus*, Imperator habebat multas vexationes & tribulationes in toto regno suo, & in terra *Bauariæ*, *Leo*, Papa condolens, & per se veniens apportauit sibi sacrosanctum *Sacramentum* Sancti *Georgij* Papæ, contra has læsiones, & hæc mala. Imperator prædictus thesaurum pretiosum cum magna deuotione gaudenter suscepit, & cum magna humilitate, reuerentia & honore tractauit, & hoc *Sacramentum* Imperator prædictus secum vbique locorum tulit in regno suo & terra, vbique cessabant mala omnia. Sic vobis *Sacramentum* præiens in eodem nomine & forma transmittitur, quod ita faciatis sicut prænotatum est, quod hoc cum magna deuotione apud vos assumatis, & in magna reuerentia & honore tractetis & apud vos habeatis, quod ea gratia & beneficia, meritis & sanctitatibus per beati *Gregorij* preces impetrata sunt, & in signum testimonij suæ exauditionis apparitio Dei & beati *Gregorij* forma, & caro sicut sibi apparuit, sic hodie in hodierna hostia apparuit. Datum in *Babenberg*, Vndecimo Kalen. Octobris.

**I**N nomine Domini Amen. Quoniam cuncta, quæ ab hominibus peraguntur, ab humana memoria facillimè elabuntur, ideò necessè est ut nostra opera firmamento literarum atque priuilegiorum robore, solidentur. Sub Anno incarnationis Dominicæ M. C. XXXII. Nos *Berchtoldus* Comes de *Andess* vniuersis præsentibus & futuris harum, tenorem, præsentium, literarum, visuris, audituris, seu lecturis, gliscimus fore, notum, quod matura præcogitatione, immarefcibilia, futura retributionis præmia accipere anhelantes, illosque nobis thesauros reponere affectantes, quos nec erugo nec tinea demolitur, cum bona voluntate & deliberato animo nostra hæreditaria bona, agros, ligna, pascua, piscariam & prata, circa præfatum montem *Andess* iacentia, & omnia attinentia, montis & iura, sicut nos habuimus ab initio, cum agris quæ spectant ad prædictum castrum & montem seu sunt agri officialium, vel ad castrum pertinentes, exceptis agris aliorum alienorum curialium quæ non spectant ad nos, illis nihil omnino excipimus quod prænotauimus, quod omnia & integre ad eandem Capellam, conseruentur, quæ in eodem monte sita est ad recuperationem & reformationem ipsius sæpè dictæ Capellæ ob memoriam nostri nominis & nostræ residentitiæ in eodem monte & ob remedium animarum nostrarum & omnium præcessorum & Successorum nostrorum & salutem animarum eorum, in honore Dei & gloriosæ eius Genitricis Mariæ quæ est prima Patrona in eadem Capella, nec non illorum Sanctorum quorum vel quarum reliquiæ hic habentur,



bentur, & præcipuè istis sanctis quorum vel quarum reliquæ translatae sunt ad nostram Capellam & montem à fratribus de *Bort* ante temporibus nostris quorum corpora in eodem monte sepulta sunt, præcipuè existentibus presentibus fratribus & successoribus eorum legauimus libereque dedimus & solute, Tali conditione vt quoscunque successores nostri prædicta præfata bona Capellæ tenere, habere & regere contingat, quod illi prædictorum bonorum census, fructus & questus ita ad vtilitatem sæpeditæ Capellæ teneant, regant & habeant, prout se in nouissimo die D<sup>e</sup>o & Sanctis eius de supradictis bonis rationem sentiant reddituros, & sicut ordinauimus foundationem nostram similiter liberam ab omni postulatione Papali & Imperiali, sic volumus locum illum liberum habere montem & Capellam, ne aliquis sibi ibi aliquid vsurpet vel appropriet excepto protectionis & gubernationis, & illa permaneant in manibus Successorum nostrorum, ne nostra intentio bona euadat à memoria hominum, & recordentur quales fuerunt vel sunt vel erunt & qualiter reddant Deo rationem de bonis & malis in nouissimo die, sicut & nos conseruantes intentionem nostram & prosequentes votum nostrum, pax sit eis vsque in æternum. Fractores verò nostræ voluntatis condemnatio perpetua & maledictio damnationis æterna sequatur illis in æuum, per sæcula sæculorum, Amen.

**H**ermannus Dei gratia Episcopus Ecclesiæ *Augustensis* vniuersis præsentium Inspectoribus quibus præsentibus exhibita fuerint salutem in Christo Iesv. Iustis deuotorum precibus & desiderijs dignum facile præbere consensum & vota quod à rationis tramite non discordant, nec debent dilationibus aliquibus prorogari his quæ recta petunt & honesta vt per hoc eorundem deuotio per amplius hilarescat alijque per exemplum emulationis bonæ facilius ad similia prouocentur. Nouerint igitur vniuersi quod nos ad petitionem, nobilissimi Comitis & deuoti filij nostri *Pertoldi* Comitis de *Andess* præcipiendo mandamus sub excommunicationis pæna quod omnes suæ Ecclesiæ pertinentes ad Castrum prædictum & super quibus Ecclesiæ ipse aduocatus est, omnes simul colloni viri mulieres cum vexillis & reliquiis Sanctorum omnianno proxima feria tertia post diem *Pentecostes* ad reuerentiam & honorem Sacrosancti Sacramenti & pretiosum thesaurum beati *Gregorij* Papæ & reliquias Sanctorum quæ in eadem Capella latent, quæ est in castro *Andess* ibi deuote veniant & reliquias manentes & stantes ibi adorent & deuote honorant cum reuerentia & timore propter habundantiam gratiæ & remissionem indulgentiæ peccatorum & propter libertates quas prædicti habent à Comite prædicto à qualibet Ecclesia vel parochia quilibet homo presentat vnum denarium ad Kapellam & ibi offerat eum super altare ad reuerentiam & honorem Dei & reliquiarum Sanctorum quæ ibi sunt & vnam candelam à communitate plebis Ecclesiarum quæ hoc anno debet ardere coram sacramento prædicto & reliquijs Sanctorum in Kapella prædicta. Omnes Ecclesiæ & parochiæ in superiori decanatu *Weilheim* in decanatu post illam circa lacum *Ampric*. Omnes Ecclesiæ quæ sunt circa *Licum* à *Menchin* vsque in *Landberg*, præter libertates quas ipse à prædicto Comite *Percholdo* de *Andess* habent, Das die gemeint haiff / wann was sie ges

sie gemaint habent tag Manchin alew dorfen biß gen Landsperg die habent sie von dem vorgeantent Graf Percholden von Andech woer die müß der ist dauon schuldig sein nes Zinß den hailigen gen Andech zu der Kapell auff dem Perg ein jgliche Hauß ein pfening da auff dem altar/ vnd ain gemainew Kerzen / von emer jeglicher Pfarz die prinenschol da wen man Gott dient vnd for dem Hailthum vnd zu Sant Michael tag ein jeglich Hof schoß! Gott da geben ein Mezen rochn ein hueb ein halben das sechen ein vier tail/ der Seltner was er vermag/ Wer des nicht dhuet der hat khain thail an der gemaint/ nit. Propter aduocaciam eorum Decannatus de Menching, Meoring, Scheuring, Weyl, Kauffring, Pirring, Pöringen, Swyßling, Penzing Perg, Peozenhause, Gerezhause, Walterzhause, Geltingen, Dinzelbach, Pezenhause, Winzhel, Prichtezhling, Eggling, &c. Decanatu superiori à Landspurg vsque in Menching. In illis duobus Decanatus per Licum omnes Ecclesie prædicte indifferenter & inclusiue plebani cum plebe eorum omni anno veniant ad Capellam Andech sicut prius prænotatū est. Iniungimus vobis Decanis plebanis, vice plebanis sub pœna excommunicationis quod publice pronuncietis omni anno in Ecclesiis vestris & populū vestrum ad hoc coarctetis sub pœna prædicta & hoc circa festum sancti Michaelis omnes de frumento coloni villani vestri. hæc omnia prænotata administrant ad Capellam prædictam de Ecclesiis vestris de pecunia & frumento, Quicunq; hoc non fecerit pœnæ prædictæ subiaceat, & à comunione Ecclesie alienus fiat, datum Augustæ anno domini M. C. XXVIII.

## CATALOGVS PRÆLATORVM MONASTERII MONTIS SANCTI ANDECHS.

- Fr. BENEDICTVS presbyter & professor Monasterij Eetal, præfuit ab anno 1455. Præcuratorio nomine.
- I. EBERHARDVS Stecklin constituitur primus Abbas, & consecratur die Dominica ante festum D. Iacobi, An. 1458. Ob. an. 1462. die 17. Martij. Sepultus in Capella ambitus.
- II. IOHANNES Hannsman non procul ab Vlma oriundus professor Benedictobeyren. & ex monasterio Tegernsee, in quo aliquo tempore vixerat, unā cum primis fratribus in montem Sanctum postulatus. sufficitur Abbati Eberhardo an. C. 1462. præf. an. 13. Ob. in festo D. Lucae Euangelista, an. 1475.
- III. ANDREAS Oertel, Tölzensis, professor in Tegernsee & inde in montem Sanctum missus. præfuit an. 17. Ob. an. 1492. Sepultus Wila in Weyl.
- IV. IOHANNES Schrottenbach Kaufbeyren. professor in monte Sancto Andechs & electus, anno. 1492. Obijt. die prima Iunij. an. 1521. Sepultus ante altare S. Iohannis Baptistæ.
- V. CHRISTOPHORVS Riedter Pockspergen Prior monasterij præfuit Abbas Anno. 1521. defunct. Anno. 1529. in festo S. Thomæ; sepelitur in Capella ambitus.
- VI. IOHANNES Widemann Zematshusanus Suetus, electus confirmatus & consecratus Abbas, superfuit mens. circiter duos. Ob. an. 1530. die 18. Martij.
- VII. Fr. BENEDICTVS Stückel Monasterio tang, Administrator præfuit an. IX.
- VIII. EBERHARDVS Administrator fuit ad an. 1541.
- IX. LEONHARDVS Schlecht ex Monasterio Benedictbeyren postulatur & à Principe Guilielmo Abbas montis S. Ord. constituitur an. 1541. vita functus an. 1560. die 27. Augusti ante altare B. Virginis in templo sepelitur.

- X. IOHANNES Seyfriedt, al. Richting, Weilhaimensis, unanimi omnium Conuentualium consensu electus, presuit septimanis solummodo 22. Obijt Anno 1561.
- XI. LEONARDVS ex Murnau oriundus, rex. annos circiter quinque.
- XII. Fr. GEORGIVS Gaunsdorfer ex Monasterio Tegernsee postulatur, & Administrator constituitur. Anno 1565. Presuit Annos circiter tres.
- XIII. GEORGIVS Zimmermann, Abbas, Ob. die 12. Octobr. an. 1569. Sepultus in templo.
- CASPARVS Kürbel Wesseßbronnensis Administrator extitit, à D. Matthai Apostoli an. 1569. vsq. ad diem 25. Febr. an. 1570.
- IOACHIMVS Khürcher Prior Zuifalten, Praeficitur Abbatia Anno 1570. die 25. Februarij. Sed à primis duobus annis solummodo tamquam Administrator i confirmatus postmodum & consecratus in Abbatem, rexit an. 18. mens. 2. dies 12.
- DAVID Aichler Wundelheimensis, professus Monasterij Ottenbeyrensis. Abbas montis S. ordinatur an. 1588. die 10. Maij, benè & utiliter pres. an. circiter 8. Ob. an. 1596. die 26. Febr. Sepultus in templo, juxta Capellam Dominorum de Törring, non procul ab altari Chori.
- ALEXANDER Sartor Vberlinganus ad lacum Aconicum, professus Ottenbeyren. postulatur die 2. Maij an. 1596. & cum presuisset an. fere quatuor reuocatur à fratribus suis, & Abbas Ottenbeyren. praeficitur.
- IOHANNES Chrysostomus Huttler Wundelheimen. professus in monte Sancto, unanimiter eligitur an. MDC. die 19. Aprilis, cum laude & utilitate Monasterio presuit ad annum vsque vndecimum. Obijt die 7. Iulij, an. M. DC. X. tumultus juxta Abbatem Dauidem.
- MICHAEL Einslin, Campidonen. Professus Monasterij montis Sancti modernus Abbas eligitur unanimiter in profesto S. Bartholomai die 23. Augusti An. 1610. Confirmaturque & benedicitur in ipso festo B. Apostoli.
- Faue Numen.

## A N G E R.

MONASTERIVM Monialium, ordinis sancti Francisci, in Monaco fundatur per Ludouicum quartum Imperatorem, in loco, in quo Pater suus Ludouicus, Dux Bauariae, Anno 1283. fratres Franciscanos posuerat; translatis his in eum locum, in quo hodie sunt, emptum per ciues Monacenses, dictos Sentlinger, pro VCC. florenis, quem Ludouicus Caesar, pro Franciscanis fratribus extrui fecit, antea, verò, nempe Anno 1284. quatuor sorores venerant ex Sessingen, Monaster. Monialium, prope Ulmam in Monacum, una de Chunzelsau, alia de Satl-